

ipse veniet & saluabit nos. Tunc ap-
plicentur oculi cœcorum, & aures surdo-
rum patēbunt, tunc faliet, sicut cer-
nus, claudus, & aperta erit lingua mu-
torum. Et capitul. sexagesimoprimo,
de eius prædicatione, Spiritus domi-
ni super me, ex quod vnxit me, euange-
lizare pauperibus misit me. Sic ha-
ber translatio. 70. licet translatio no-
stra ponat, mansuetis, vbi alia habe-
pauperibus. Et ita allegat Lucas ca-
pitul. quarto. Sonat ad idem Ela. capi-
t. vigeſimonono. Et quia secundum Chry.
discipuli Ioannis aliquando inuidie-
bant Christo, sumptu occasione ex mi-
raculis Christi, quæ Iohannes nunquam
faciebat, quem ipsi carnaliter dilexe-
runt, auſtatur eos dominus, dicens, Bea-
tus, qui non fuerit scandalizatus in me,
scandalis accepto, non dato, quomodo
vos scandalum accepiliſſis. Potest etiam
verbū hoc generaliter ad omnes re-
ferri, Beatus, qui non scandalizatus fue-
rit in me. sc̄ dubitando de diuinitate
mea, quia me vident in carne paſſi-
bili.

Vel vt Greg. in homil. vult ad domi-
ni mortem referendum est, quia stultis
videbatur hominibus, vt pro homini-
bus auctoritatem moreretur. Vnde vul-
dominus dicere, Mira quidem facio,
sed abiecta perpeſi non dignor. Quia
ergo moriendo te subsequor, caudam
valde est hominibus, ne in me mor-
tent despiciant, qui signa venerantur.
Sequitur secunda pars de Iohannis com-
mendatione, quæ nunc propter breui-
tatem relinquitur. Et tantum de prima
parte sermonis.

Quibus, signis co-
gnosca-
Xps ve-
tem no-
ſtiam. Quo ad secundum, Audistis signa,
quibus dominus se ostendit venisse in
carnem secundum oracula propheta-
rum. Possumus autem eisdem signis spi-
ritualiter intellectis cognoscere aduen-
tum domini occultum in mentem, ad
fanēticandum habitacula animarum
Valde nobis necessarius est ille aduen-
tus, quo nisi reformemur, nihil commu-
ne nobis erit cum electis Dei, quia se-
condum Apostolum Roma. 8. Si quis
spiritus Christi non habet, hoc non

est eius. i. non est membrum Christi.
Sed quicunque spiritu Dei aguntur, hi
filii Dei sunt, & cetera, quæ ibi sequun-
tur. Non enim illabitur menti hominis
Christus solus, sicut neque est solus illa
bitur & pater, illabitur spiritus sanctus
simul veniunt, simul recedunt. Sicut ip-
se filius ait Iohan. 14. Si quis diligit me,
sermonem meum seruabit, & pater
meus diligit eum, & veniemus ad eum,
& mansionem apud eum faciemus. Bea-
tus vero (aī Bern. sermone 2. de aduen-
tu domini) apud quem mansionem fa-
cit dominus Iesus, beatus, in quo sap-
ientia ædificauit sibi domum, beatæ
anima, quæ sedes est sapientie. Si ergo
placuerit hunc tam saluberrimus Chri-
sti aduentum agnoscere, scrutemur in-
teriora nostra. Si interioris nostri ho-
minis illuminata est cœgitas, si ere-
cta est clauda obliquitas, si mundata
est leprosa carnalitas, si soluta surdi-
tas, si vivificata mortalitas, si tandem
ditata est spiritu aliorū infusione cha-
rismatum paupertas. Hæc sunt, quæ
operatur in anima occultè veniens, qui
venit saluum facere, quod perierat.
Luc. decimonono. Veruntamen gradua-
tim has operatur sanitates, incipiens
ab ea, quæ ultimo nominata est, alen-
dens donec animam, quam inhabitat,
prouehat ad perfectum.

Primum ergo quod infallibiliter illa
bendo operatur est, quod animam vir-
tutum inedia pauperem ditat donis, ac
virtutibus, præterea infundendo ex-
cellentissimum donum gratiæ, & cha-
ritatis. Nam & si aliquando cetera do-
nat, seipsum non donando, aut se donat
per illūpsum, quedā alia non donando,
quia diuisiones gratiarū sunt. Nunquā
tamen sine se charitatem, aut sine cha-
ritate seipsum donat, vt tractant do-
ctores circa distinctio. 14. primi sen-
tentiarium. Et forte dicis, Quo sciam si
charitate ditatus sum, cum & ipsa oc-
cultus datur? Effectus eius sine dubio
manifestabunt eam, quos annumerat
apostolus. i. Co. 1. 3. Charitas enim be-
nigna est & misericors erga proximū,
neq; eximiat, non agit perperā. i. quer-

Necessa-
rius est
homini
Christi
aduentus
in carnē
& in mē
tem.